



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 135. Diversæ S. Congregationum decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. quovis Novennio Congregationem, quam
A. C. 1668. Alexander VII. præscripserat, celebrare
 teneantur, eo quod, ex parte Generali, ejusmodi Congregationes Societatis Constitutionibus adversentur, & occurrentibus necessitatibus jam aliunde provisum esset, & ingentibus expensis, vitæque periculis pauperes, senes, & primarii Provinciarum Socii in ejusmodi itineribus exponerentur, atque ex horum absentia relaxaretur disciplina religiosa. Denique pro Christianis fidelibus Italiae & Status Ecclesiastici die vigesima sexta Septembris, & tertia Octobris indulgentias plenarias concessit, ut divinum imploraretur auxilium pro tuenda urbe & Regno Crentensi versus Turcas, & pro felici compositione negotiorum in Regno Poloniæ.

§. CXXXV.

Diversæ S. Congregationum decisiones.

*Decis. S.
 Congr. Immunitatis
 Conc.
 Rit. Et.*

Post hæc Constitutiones Apostolicas ejusdem Pontificis jussu Sacræ etiam Congregationis Romanæ vicia ediderunt decreta, & quidem sacra Immunitatis Congregatio exorto in Constantina Ecclesia dubio die vigesima quarta Januarii decidit, quod si bonis

Mentis

Mensæ Episcopalis in aliena Diæcesi sitis Sæc. XVII.
 damna fuerint illata ab aliquibus Ec- A. C. 1668.
 clesiis, hasque Episcopus servatis ser-
 vandis ad vim vi repellendam censuris
 perstrinxerit, ejusmodi censuræ pro-
 tuendis suæ Mensæ juribus validæ sint.
 Declaravit quoque S. Concilii Congre-
 gatio die vigesima quarta Martii, quod
 Impubes major factus possit variare Ec-
 clesiam a Tutore designatam pro cele-
 bratione Missarum: insuper die nona
 Junii S. Rituum Congregatio ad preces
 Ecclesiæ Conversanæ declaravit, quod
 Sacerdos sæcularis, sive sit Capellanus
 sive non, qui recitavit officium semi-
 duplex, vel simplex aut feriale, illo
 die celebrans in Ecclesia Regularium
 seu Monialium, ubi recitatum est ab
 ipsis eadem die officium duplex de ali-
 quo sui Ordinis sancto, non valeat di-
 cere Missam de Requiem. Decisum
 quoque ab ipso summo Pontifice die
 decima tertia Septembris, quod ægro-
 tis morti proximis, quamvis in sordido
 loco degant, S. Viaticum deferatur,
 cum apud Deum non sit acceptio Per-
 sonarum; Presbyteri autem sæculares
 doctrina & moribus idonei in Indiis
 Orientalibus degentes ab administrando
 Pœnitentiæ Sacramento non arceantur,
 attenda præsertim indigentia tot ani-
 marum, quibus impares sunt pauci Re-
 gula-

Sæc. XVII. A.C. 1668. gulares Europæi: Vicarius quoque ibidem plures ex Sacerdotibus sæcularibus indigenis atque idoneis ad confessiones excipiendas deputet, ut facilius & lubentius fideles Sacramentum penitentiae valeant frequentare, nec cogantur solis Regularibus aut externis sese subicere, nunquam vero Confessio excipiatur per interpretem: Denique a S. Rituum Congregatione die decima sexta Octobris declaratum, quod ratione communicationis Privilegiorum non possit recitari peculiare officium concessum illis, quorum privilegium facta est communicatio.

§. CXXXVI.

Synodi Monasteriensis Decreta.

Concil. Germ. *tom. 10.* **D**enuo Bernardus Gallen Monasteriensis Episcopus duas Synodos Diæcesanas hoc anno die decima tertio Martii & decima sexta Octobris celebravit, in quibus præter innovata priorum Synodorum decreta præcipue statuit, ut Matrimonio jungendi antea de necessariis ad salutem examinentur, et postea factis jam proclamationibus cum dedecore & scandalo rejici debeant. Inhibitum quoque, ne ullus in alterius Parochia absque proprii Curati licentia Missam celebret: Declaratum quoque quibus